



### PROOEMIUM.



Emper aliquid novi dies !  
 Imo vero gaudet novitate  
 rerum animus, inque illa, quæ  
 præter expectationem obveni-  
 unt, prono fertur desiderio.  
 Subducit rebus magnitudinem  
 consuetudo, & quorum scruta-  
 tioni perennis destinandus esset  
 labor, ab eorum admiratione,  
 assidua inspectio mentem avellit. Ecquid cursu illo ad-  
 mirabilius.

— ubi è terra clivosum scandit Olympum  
 Phœbus, & alatis aethera carpit equis.

Et hunc tamen qui stupeant, qui investigent, vix sunt to-  
 tidem, quot

*Thebarum portæ vel divitis ostia Nili.*

Quod si vero insolita,

*Flammigerumq; trahens spatioso limite crinem*

Stella oboritur, quam ardens repente spectandi noscendi-  
 que omnium cupido, quam anxia nescio cujus non ominis  
 auguratio! (a) Quid navigandi usu artificiosum magis, ubi

A 3

cedit

(a) V. Cicero ad Herenn. l. 3 44. & de Divinat. l. 2. 49.